

& erica, & semen cucumeris, & caulis coctus. Et ex eis quibus fricatur corpus, & prouocant lac, sunt lumbrici terrestres, & nigella, & scoria ferri, & fel tauri, & succus hordei infusi, & pinguedo anseris, & omne subtiliatium, incisium, quando non est cum eo caliditas, nisi pauca, æqualis, & non est exiccantium, generat lac.

Deficcantia lac.

Sunt omnia deficcantia, sicut piper, & ruta, & arbor Abraham, & arbor Maria, & anethum, & coriandrum sicum, & semē albedarogi, & menta, & calamentum, & sabina, & semen rutæ, & lupini, & pulegium ceruinum; & omne in frigidatium, & stypticum, sicut sumach, & balaustra, & lens, & acetum, & agrestia; & omne narcoticum frigidum, sicut lactuca, & coriandrum, & hyosciamum, & papauer.

Prouocantia menstrua.

Prouocant menstrua secundum plurimum, omnia, quæ prouocant urinam cum calefactione, & subtiliatione, sicut asarum, & aqua mellis, & castoreum, & aqua ciceris, & myrrha, & daucus, & sagapenum, & chabanum, & casia lignea, & sabina, & rubea, & calamentum, & styrax, & arbor Maria, & aleamiam, & altir, & opopanax, & phascoli, omnia ista prouocant menstrua. Et quando sufficientia est super vnum istorum, & decoquitur in vino, & bibitur, prouocant menstrua.

Abfciendia menstrua.

Sunt thus, & balaustra, & gallæ, & acacia, & charabæ, & bolus armenius, & terra sigillata, & semen plantaginis, & scoria ferri, & myrobalani, & ex eis, quæ ponuntur super dorsum, & super ilium sinistrum, & abfciunt menstrua, sanguis draconis, & antimonium, & alumen, & eis similia.

Mundificantia intestina ex stercore.

Sunt styrax, & aloë, & mastix, & alium quando bullitur cum oleo, & muri, & synapis, & ficus cum baurach, & medulla carthami, & hel Kalibat.

Facientia vermes, & ascarides, & lumbricos ex ventre descendere.

Sunt sceha armenium, & alabrongi, & lupinus, & abrotanum, & lumbrici terrestres, & taraxacum, & scariola agrestis, & sal indum, & al Kittam, & nigella, & polium, & siccidis, & herba auris muri, & fel tauri, & colocynthis, & aloë.

Prouocantia sudorem ex corpore toto.

Sunt calida, sicca omnia, sicut cyminum, & anisum, & calamentum, & polium; & ex oleis, & medicinis etiam, cum quibus fricatur corpus, sunt oleum cū baurach, & oleum cucumeris asinini, & oleum raphaninum, & oleum balsami, & oleum chamamelinum, & oleum anethinum, & albenalzenu, & est purū, & oleum nardinum, & coctus, xylobalsamum, & carpobalsamū, & rhaued, & calamus aromaticus, & ex medicinis, quæ excitant sudorem, quando suffumigantur cum eis, sunt castoreum, & bellium, & agnus castus, & lens parua, & carpobalsamum.

Mundificantia cutem.

Sunt arsenicum tibeum, & citrinum, aristolochia, & calamus aromaticus, & pyrethrum, & staphisagria, & sambucus, & cinis glandiū, & radix altheæ, & semen al Ki Kil, & farina fabarum, & farina lupinorum, & farcocolla, & mel, & eruus, & baurach, & spuma maris, dactyli, & melon, & citri: & vniuersaliter omne, in quo est absterfio. Inquit Aggregator huius libri, iam præmissi illud, quo fit iuuamentum ex cognitione virtutum medicinarum, & ciborum, & auxiliatur per illud, & nunc incipio narrare ea. Dico ergo quia propterea, quod medicina, & cibi sunt multi, conuenere antiqui, præcipue postremi, vt ordinarent ea secundum litteras alphabeti, & hic est ubi incipit.

F I N I S.

APVLEI LIBER DE PONDERIBVS, & mensuris, & signis cuiusque ponderis.



Mnis scriptura à summis vsque ad ima, in mensura, numero, & pondere disposita est, atque firmata. Cuncta namque corporea pondere, & mensura reguntur, sicut, & creata sunt.

Apud Hebræos Moyses primus instituit ponderum, & mensurarum rationem. apud Græcos vero Phydron argiuus. & quamquam alij antiquiores his extitissent in hac scientia, tamen hi experientiores fuerunt. Ponderus autem Pensus dictum est, eo, quod in statera libratum pendeat, non ratione, sed abusiue dicitur ponderus.

Trutina est gemina lance ponderum æquali examine pendens facta, propter maiora pondera, eadem & statera dicitur, eo, quod ex duabus lancibus, aut vno stylo in medio librata fiet, & filum quod in medio regit trutina dicitur.

In paruis vero ad ponderandū parua facta, vel Siliqua dicitur momentanea, vel momenta.

Campana dicta est à Campania regione Italia, vbi primo reperta est; hæc non habet duas lances, sed virgā vnā, quæ est signata libris, & vncijs, & vago pondere mensurata.

Calculus est minimum omnium ponderum; ponderatur autem hordei grano vno, aut lentis granis duobus; paruitate enim calculus dictus est à similitudine; paruitate enim calculus dictus est à similitudine, parui lapilli, qui ideo vocatur calculus, eo quod sine molestia ambulantis nuda Planta calcetur, notatur vero vt infra.

Siliqua ponderatur calculis quatuor, quæ constat hordei granis quatuor, aut lentis granis octo; est autē tertia pars oboli, vt vigesima quarta pars solidi. nominata est ab arbore, cuius semen est. notatur vero vt infra.

Ceration quod est semiobolus, id est medius obolus, ponderatur siliqua vna, & dimidia; aut calculis sex, qui constant hordei granis sex, aut lentis granis xij.

Obolus ponderatur siliquis tribus, aut ceratijs duobus, quod ex semiobolis duobus, aut calculis xij. qui constat granis hordei xij. aut lentis granis xxiiij. vocaturque sagitta græce, quia olim in modum sagittæ fiebat.

Drachma quæ est scrupulus, ponderatur obolis. aut ceratijs, qui semioboli. aut siliquis sex, aut calculis xxiiij. lentis granis 48. Dictus scrupulus per diminutionem à lapillo breui, qui dicitur scrupus.

Chema octaua pars vncie in omnibus ita ponderatur vt olca.

Olca idem est, quod chema.

Themen octaua pars vncie, in omnibus ita ponderatur olca, & chema.

Drachma. viij. pars vncie in omnibus ita ponderatur, vt olca, & chema, & themen.

Sicel hebraice, latine corrupte sielus dicitur, apud Hebræos ponderatur vncia, apud Latinos quarta pars vncie est constans oleis, aut chemis, aut theminibus, aut drachmis, id est scrupulis. v. aut obolis. xij. aut ceratijs, qui & semiobolis. xxiiij. aut siliquis. xxvj. aut calculis. cxiiij. aut lentis. ccxxviij.

Oboli quatuor.

Oboli. notabantur ita. f. vel ita. f.

Denarius qui, & argenteus. octaua pars vncie est, ponderatur in omnibus, vt olca, & chema, & themen, & drachma. Dictus denarius, quia pro. x. numis cōputabatur ab initio, vñ numisma, vnus argenteus erat. Numismus dicitur, quia nominibus, & effigiebus Principum signatur. continens in se minora pondera, notatur ita enim. x.

Solidus vulgo dicitur aureus, qui latine sextula vocatur, eo, quod sit sexta pars vncie, ponderatur enim drachmis, scrupulo vno, id est scrupulis quatuor, aut obolis. viij. aut ceratijs, qui & semiobol. xvj. aut calculis. lxxvj. aut lentis granis. clxij.

Tre.

in princ.
pio.

in hoc
libro.

Aufleres
ponderum.

* granum.

* ex scrup.
ij.
vi. * xij.
xviij.
lx. * cxv.

* lxxvj.
clx.

Tremissus dicitur eo quod remissus faciat solidum au reū; est enim xvij. pars vncie. ponderatur siliquis xvij. aut calculis. * xxxij. qui constat hordei granis. * xxxii. aut lentis. lxiiij.

Duellā dicitur, quā constat duobus solidis aureis, qui seculis ponderatur. * dr. vna, scrupul. ix. aut obolis. * xxxij. aut siliquis xlvij. aut calculis clxij. qui constat hordei gran. * clxij. aut lentis granis. * ccclxxxiiij.

* Status dictus est; quia tribus solidis aureis stat; est enim semuncia. i. media vncia, ponderatur drachm. iij. i. scrupulis xij. aut obolis xxiiij. aut ceratis, id est semiobol. * xvij. aut siliquis lxxij. aut calculis. * 288. qui constat hordei granis totidem, aut lentis granis. * cccclxxvij.

Quadrans est quarta pars. ponderatur dra. ij. aut scrupulis sex, aut obolis xij. ita multiplicando sicut supra, & cetera.

Vncia dicitur, quia vniuersitatem minorem ponderum sua vnitatem vniat, i. completatur. ponderatur dra. viij. vt supra, & c. quā vncia proinde habet legitimum pondus, quia numerus scrupulorum eius, metitur horas diei, & noctis, vel quia duodecies computata efficit libram.

Libra dicta est quod sit libera, cuncta prædicta pondera concludens in se, perficiturque vncijs xij. & inde dicitur abusive perfectum pondus, quia tot vncijs constat, quot mensibus constat annus.

Dipondium dicitur duarum librarum.

Alia græcum nomen in ponderibus ponderatur dra. c. libra. j. & drachmis quatuor.

Talentum est maius omnium ponderum. minimum talentum ponderatur libris 50. mediocri libris lxxij. maximum libris cxv.

Centenarium dicitur pondus librarum.

Explicit liber Apulei de ponderibus.

INCIPIT LIBER EIVSDEM

DE MENSVRIS.



Mensura proprie dicitur, eo quod mensurantur fruges, & frumentum, id est humida, & sicca, vt modius est, & vna, & amphora. Dicitur etiam mensura in longitudine, & breuitate temporū, vel corporum quorumcumque. Etiam in orbe ausi sunt geometri mensuram dicere. vnde metire, id est mensurare dicimus pedes horarum.

Cochlear est minima pars omnium mensurarum, ponderatur enim drachma. j. scrupulo * vno, & dimidio, aut obolis * tribus, aut ceratis, scilicet semiobolis * sex, aut siliquis * ix. aut calculis. * xxxvj. aut lentis granis. lxxij. est autem dimidia pars drach. xvj. pars vncie. * tertia pars conchule.

Conchula ponderatur drach. vna, & dimidia, aut cochlearijs * tribus, * aut drachmis. j. scrup. quatuor, & dimidio, aut obolis & c. ita procedendo vsque ad minimū pondus, vt supra, & minimam mensuram.

Cyathus ponderatur drachmis * x. aut cochlearijs. * xx. * aut drachmis. j. scrupulis xxx. & c.

Acerabulum est quarta pars heminae, ponderatur dra. xxiiij. aut cochlearijs xlvij. * aut drachmis. j. scrupulis, & cetera.

Hemina in mensuris ponderatur libra. j. aut drac. xxj. est enim hemina medietas sextarij. vnde eam græce cotylam dicunt, id est incisionem, quia græce cote incisio dicitur.

Sextarius ponderatur libris * duabus, vnde * dipondius dicitur. sextarius dicitur, quia sexta pars congi est, * Bilibra ponderatur sextarijs duobus.

Kenix ponderatur sextarijs * quatuor.

Cina, siue gomor ponderatur sextarijs v.

Congius dicitur à congiendo, i. crescendo. ponderatur sextarijs sex, libris xij.

Metron græce, mensura latine, hoc nomen generaliter ad omnes mensuras liquidorum pertinet, vnde dicitur metreta; sed specialiter dicitur huic mensuræ hoc nomen: quia perfecta mensura est à denario numero sic appellata.

Modum à modo dictum est, quia suo modo perfectū sit capiens sextaria. * xxij. quæ sunt libræ. * xiiij. vnum sextarium duas libras capere debet.

Moses autem instituit ad similitudinem creationis omnium rerum in principio, quando Deus xx. opera facit, i. prima die septem, primum materiam in formam, Angelos, lucem, cælos superiores, terram, aquam, aerem. Secundo die firmamentum solum. Tercio die, tres, semina, rationes, atque plantaria. Quarto die tres, Solem, Lunam, & stellas. Quinto die tres, pisces, reptilia, aquas, & volatilia.

Sexto die bestias quatuor, pecudes, reptilia terræ, & hominem, ad similitudinem vigintiquatuor generationum ab Adam vsque ad Iacob, ex quo filij Israel orti sunt, & ad similitudinem viginti duorum elementorū, quibus sancta lex constat, & viginti duorum librorum veteris testamenti, qui vsque adhuc sunt, à modo sunt nominata, nam modica pro paruis abusive non rationaliter dicitur.

Satum est mensura palæstinæ prouinciæ capiens modium vnum, & dimidium, id est sextaria trigintatria. Alibi habetur abusive. Satum capiens sextaria viginti duo, sicut modium. Satum hebraice dictum est, quasi sumptio, vel eleuatio, eo quod eandem mensuram summat, qua metitur.

Batus hebraice dicitur à mola olearia, quæ apud eos nominatur batum, capiens sextaria, i. quæ vna vice mola proreritur.

Amphora græce dicta est, à figura sui, eo quod habet hinc inde geminatas ansas, quasi aures, vnde eleuetur. recipit vini, & aquæ pedem quadratum; frumenti vero Italicos modios tres.

Cadus græce amphora est continens vnas tres. vna est mensura à quibusdam dicta quartierium, proprie autem vas est, quod pro condendis, defunctorum cadaueribus adhiberi solet.

Medimia est mensura capiens, 5. modia. media, id est dimidia, eo quod v. modios metitur, qui est medius numerus à perfecto denario.

Artaba est mensura apud Aegyptios, capiens sextaria. 72. composita ex numero 72. linguarum, & gērium quæ orbem impleuerunt.

Gomor est mensura capiens, xv. modia.

Chorus est mensura modiorum 30. hebraice dictum, quia choria dicunt colles, vnde chorus quasi colus, eo quod 30. modia coaceruata, instar collis crescunt, & efficiuntur onus cameli.

* ff Sextarius.

3 * Vncia.

* ff Vncia.

C Media xx. dipondius, i. duæ libræ.

S Modius sextarius numerus, i. duarum semilibrarum.

X Libra x. denarius vnus x. librarum numus.

Explicit De mensuris liber Apulei.

Incipit

INCIPIT INTERPRETATIO

de Ponderibus medicinarum, de graeco scilicet in latinum, & de signis eorum Graecis.

A istud est signum librae, equale quicquid; ad cotylam quod est l. i. istud est vna quod est hemina) habet vnc. xvij.

R istud est sextarium, habet cotylas duas, quod est l. ij. istud est vncia, habet scrupulos. xxij.

H istud est vncia media, habet olcas tres, quae faciunt

L istud est olcati, habet solidum vnum.

X istud est oboli duo, habet siliquas. vij.

S istud est grama, habet scrupulum, quod facit siliquas. vi.

S istud est oboli tres, habet siliquas. vij.

C istud est oboli iij. habet siliquas. xij.

O istud est obolus, habet siliquas. ij.

X istud est * habet sextaria italica. xvi.

R istud est cotyla idem hemina, quae quicquid; habet. p. li. i. Ro.

Q istud est conchula mixteros.

D istud est denarius, habet obolos. ij. s.

X istud est chalcus, quod sunt scrupuli. v. i. siliquae. xx.

B istud est chrismus aureus, habet semissem.

D istud est drach. habet scrup. 3. quod sunt siliquae 18

O istud est olca, habet gramas. iij. quod est solidum vnum.

X istud est anis habet sextarios duos alexandrinus qui habent lib. quatuor.

X istud est cyathus habet vnciam vnam. alibi dixi. x.

X istud est scrupul. habet siliquas. vi. hodie sic scrup.

K istud est siliqua. habet grana hordei. iij.

R istud est cochlear, habet siliquas. vij. Coeca habet. diamina. i.

R istud est acetabulum. den. xv.

Ponderis signa plerisque ignota sunt, sed ut a veteribus signata sunt, subiiciamus.

E significat dimidium obolum.

E virga equaliter iacens, aut porrecta, significat. ij. obolos.

T latinum significat obolos. iij.

F latinum significat obolos. iij.

E latinum significat obolos. v. ideo characterem non habet, qui faciunt drachmam, quod est pondus argentei denarii.

H littera significat siliquas. vij. i. tremissem.

N latinum significat numisma graecum. i. solidum.

V virgula. ij. ex vno angulo elenata in dexteram se diuidentes, significant drachmam, quam etiam Holca appellat, antiquitus sic, hodie vulgo sic. 3.

N latinum adiunctum gamma graeco sign. semunciam.

I gamma graeca littera. o paruum in eius angulo adiectum significat vnciam.

L lambda graecum per medium sui i paruum habent adiectum significat. libram. Hodie vulgo sic lib.

K kappa graeco supra in fine si adiunctum v. habeat significat cyathum.

R si vero, o supra habuerit loco, heminam demonstrat, quam graeci cotylam vocant.

G graecum si acceperit, o. supra sic significat sextarium, si o. paruum habuerit, significat acetabulum quod graeci oxybaphum vocant.

M Mi graecum, superpositum habens n signifi. minā.

A A. latinum in fine habens lambda graecum, significat talentum.

X in dextro brachio superiori, o paruum habens iunctum significat anis.

Quae supra sunt de ponderibus, & mensuris, quoniam non sunt admodum fida; ideo quae non potui ego, nec vna cum doctissi. viris etiam castigare, id tu opt. lector ex Geor. Agr. suo lib. de ponderib. & c. ac alijs huiusmodi petere poteris.

IACOB ALCHINDI AVCTORIS praestantissimi in suum de medicinarum compositarum gradibus inuestigandis libellum praef.



Via primos veteres, cum de diuersitate cuiuscunque medicinae sigillatim in caliditate, & frigiditate, & humiditate, & siccitate loquerentur, valde sollicitos fuisse cognoui. Vnde etiam in hoc quatuor inueniunt definitiones, dicentes, gradum primum, & secundum, & tertium, & quartum in unaquaque; qualitatum existere, quod tamen in composita medicina dicere praetermiserunt. Non enim dixerunt quia haec medicina composita in gradu aliquo ita, & ita existat, in calore, & frigiditate, aut humiditate, aut siccitate; non tamen quod proprium fuerit scientiam eius rei in medicina simplici attendere, quam in composita; licet enim huius rei scientia secundum ordinem simplicis medicinae precedat composita, non est tamen conueniens, ut ipsam sola simplici attendatur medicina, & non in composita. Quia medicina composita, quamuis ex medicinis constet, quarum virtutes in simplicitate earum diuersificantur, non tamen sequitur, ut eius complexio diuersificetur, quando componitur. Intellexi, quod ad scientiam virtutum medicinarum compositarum pertinere, non minimi est lucris.

Capitulum secundum.

Quia ergo medicina composita fuit composita, consecutum est, ut ipsius virtutes, secundum multitudinem, & paucitatem diuersificentur, quod quidem prouenit ex virtutibus earum, a quibus fuit composita. Impossibile enim fuit, ut in quarundam virtutibus ex quibus composita constitueret, & illarum virtutes non obtineret. Quia itaque illum inuestigare proposui, nec potui praetermittere, quin cuiusque gradus relationem, quam ad alium habet, percipere studeremus, in inquisitionem aequalitatis laborarem, aequum fuit.

Capitulum tertium.

Ipsa namque est, in qua contraria equaliter coniunguntur, ut in neutro fuit. Itaque eius inquisitio magis proprie praetermittenda, quia nihil calidum dicitur, neque frigidum, neque humidum, neque siccum, nisi ex eo quod iam ipsum addit supra aequalitatem. Et quia ipsa est origo, & principium & elementum huius totius, quod de hoc dicitur, & ab illa prouenit augmentum, & in illa resoluitur. Si. n. quid sit resolutionis intentio, quareatur, quod sit augmentorum ab aequalitate ablatio, donec aequalitas remaneat, sicut ego (si Deus voluerit) explicabo. Et quia eorum, quae supra aequalitate addita fuerunt, neque quantitates, neque species omnino notae fuerunt, necesse fuit nobis illud explicare.